



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

8. De tempore indicti ieiunij, cap.36.v.9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

QVÆSTIO VIII.

Quando hoc ieiunium celebratum fuerit.

1. Vidam, vt refert Lyranus, opinati sunt, hoc ieiunium fuisse expiationis, quo Hebræi animas suas affligere iubebantur. Leuit. 23. Qua ratione, non fuisset opus, de nouo ieiunium institueret, sed tantum iubere, vt quod lege cautum erat, seruaretur. Verum licet ieiunium Anomasticè, pro eo sumatur, quo filij Israel die expiationis, ex legis mandato pœnitebant; vt notat Sanctius: de eo tamen hoc capite non agitur. Dies siquidem expiationis erat decima mēsis septimi, siue Tisri. Leuit. 23, v. 27. hoc verò ieiunium, mense nono, qui Casleus appellatur, fuit impositum, vt præsens Scripturæ locus aperte indicat, & bene aduertunt Lyranus, Sanctius, Castrius, Cornelius &c.

Hoc ieiunium non fuit expiationis

2. Sed difficultas est, quænam causa subesse potuerit, quæ mense nono ieiunium suaderet, anno quinto Ioakim. Sanctius hic num. 9. coniecit, eo tempore quo Ieremias, libri scribendi mandatum accepit, necdum obsessam fuisse à Nabuchodonosore Ierosolymam, neque captum Ioakimum. Quod ne accideret, verebantur Iudæi, & vigentem ieiunij causam habebant, vt idem auctor existimat. Quam coniecturam fallacem esse, patet ex ijs, quibus ostendi Babylonem Ierosolymam obsidisse, anno 3. Ioakimi. Aliqui, vt Cornelius, affirmant hoc ieiunium, non esse ad minas & Chaldæos auertendos institutum: sed pœnis in signum publici luctus, eo quod anno præcedenti, Vrbs capta & spolata esset à Chaldæis.

De causa huius.

1. Opin. rejicitur.

2. Opin.

3. Salianus ad an. m. 3430. num. 4. & 5. censet, hoc tempore nullam timendi Chaldæis fuisse causam, cum Ioakim recens ab eo, liber dimissus esset, & illi pactum tributum persolueret. Itaque Iudæos ad ieiunandum inductos putat vt auerterentur illæ calamitates, quæ regno Iudæ à Prophetis imminere dicebantur, eamque causam his Ieremiæ verbis insinuari: si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima.

3. Opin.

Conclusio.

4. Dicendum tamen arbitror, hoc ieiunium anno quinto Ioakim, mense Casleu fuisse publicatum, vt sacra testatur pagina, & huiusce rei causam legitimam habuisse regem cum Iudaico populo; quam equidem non credo fuisse luctum duraxat publicum, sed etiam timorem, ne Chaldæus nouam in Iudæos expeditionem resumeret, quem timorem, meritò incutiebant comminationes Prophetarum, vt monet Salianus, non illæ quidem à Ieremia scriptæ, sed vitæ vocis oraculo per tres & viginti annos editæ, & vsq; ad annum 4. Ioakimi scriptis inculcate. Quamobrè, ita Hugoni, Lyrano, Castrio & alijs assentior, qui Iudæos hoc tempore ieiunasse credunt, quod alterum Nabuchodonosoris aduentum, nouamque irruptionem metuerent, quicquid reclaimer Torriellus

12 ad

pppi

logia
amenti

V

13.
H. Phil...

Chrono
vet. Test.
A 1
17

ad ann. m. 3429. num. vltimo. Potuit enim Joakimus è captiuitate nihil mitefcere, veluti iactus piscator sapere, animum non nisi ad Jeremiam applicare, Victoris, Nabuchodonosoris ferociam timere, & auertendis periculis, quæ impendere dicebantur, ieiunium instituisse. Quod ipsum faceret Cornelius Tacitus, inquit, hoc ieiunium, ante hanc Jeremia iustionem, idque ad iustionem & auertendum Chaldæos. Illud autem, quod de tributo hæcennis periculis nus affert, dubium est, vt patet ex ijs, quæ annotabam 4. Reg. 24. v. 18.

Fuit die 7. noni mēsis.

5. Probabile est, hoc ieiunium die septima noni mensis celebratum esse, si, quod Scripturæ textus innuit, ipso ieiunij die, liber Jeremias Joakimo lectus & cultello discissus, in fauillas abiit. Hebræi enim die septimâ sui Chisleu anniuersario ieiunio celebrem fecerunt, ob rem, quæ tunc à Joakimo combustum. Sic censent Tornæus, annal. 44. Castrius in hoc cap. num. 3. Cornel. v. 6.

Chronologia rerum huc spectantium.

6. Harum rerum Chronotaxin ita concipio. Anno tertio Joakim chodonosor venerit Jerusalem, eiusque regem Joakimum cepit. Joakimus vel eodem anno, vel quarto iam incepto, cum cæteris captiuum ab ductus fuerit, rebusque ibidem compolis fluente eodem anno regni sui Jerosolyma postliminio redierit. Eodem anno Jeremias propheta scribendi, aduersus Israel & Iudam, mandatum acceperit, Jeremias anno isto quarto exeunte Jeremias priorem librum dictauerit, Joakim priorum, vel alterius negotij causa Jerosolymam confluentibus: sub Joakim ieiunium decretum, & paulo post, die septima noni mensis, Joakim oriente seruatum fuerit, & volumen combustum. Vnde vultum esse conijcio, annos regni Ioakim vel circa mensẽ octauum, septimum noni mensis exordium sumere: existimo enim Prophetam, naturamque interposita, vt ei anno 4. Ioakim præceptum fuerat, librum eorum num expediuisse, instante ieiunij indictione: facta verò ieiunij promissa anno 5. Ioakimi, & mensẽ Casleu ineuntibus Baruch dixisse: Ego nec valeo ingredi domum Domini: ingredi ergo tu, & lege de volumine, & ex ore meo verba Domini, audiente populo, in die ieiunij. Non est autem dictum Prophetam anno 4. Ioakim iussus fuerit sua vaticinia in volumine referre, vt dicitur 1. Reg. 2. v. 1. Denique anno 5. per Baruch recitanda curarit, hic v. 9. & 10.

IEREM. XXXVII. XXXVIII.

Cap. 37. vers. 3. Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemia. &c. Tunc facta tantis per obsidione Ierosolymitana, Chaldæi obuiam recurrunt.

Iudæis suppetias ferre conanti, vt patet v. 6. & 7. Vbi Pharaon in terram suam, Chaldæi ad obsidionem reuersuri dicuntur.

Verf. 10. *Ergo cum recessisset exercitus Chaldaeorum, egressus est Ieremias de Ierusalem, & in terram Beniamin.* Quo tempore hæc gesta sunt, paulo antè disputauit q. 6.

Cap. 38. Quæ hic narrantur, in annum XI. Sedeciæ conijciunt Caltrius, & Cornelius in chronotaxi. Salianus an. m. 3446. num. 15. quibus assentior.

IEREM. XXXIX. v. 1. & 2.

Verf. 1. Anno nono Sedeciæ regis Iudæ, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babiloniæ, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebat eam. Subaudi die decima illius mensis, vt distetè legimus 4. Reg. 25. v. 1. Ierem. 52. v. 4.

Verf. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas.*

1. Annos nonum & vndecimum hinc versiculis notatos, non completos omnino, sed currentes puto: menses decimum & quartum, ad annum sacrum spectare arbitror, vt decimus mensis idem sit, qui Tebeth, quartus autem Tammuz. Annum nonum Sedeciæ aperiunt meæ tabulæ anno ante æram Christi 539. cyclo Solis 5. Lunæ 17. Epacta 20. Sic Urbis obsidio circa diem vltimam Decembris cepta videtur.

2. Petauius biennio tardius annum nonum Sedeciæ orditur cyclo Lunæ 19. & initium mensis decimi in diem 28. Nouemb. confert, ac proinde obsidionem septima Decembris inchoatam autumat, nempe 10. die Tebeth. Tunc erat Epacta 23, quæ Neomeniam non procul ab octaua die Martij abfuisse indicat, & plenilunium ante æquinoctium: idcirco fortè mense integro tardius Nabuchodonosor Ierusalem cinxit, quam notat Petauius. Cætera, quæ huc spectare videntur, annotabam 4. Reg. 25. v. 1. & 2. & latius disputabam ibid. q. 23.

Quando
urbis obsi-
deri ceptæ.

logia
nienti

IEREM. XL. XLI.

Quæ cap. 40. narrantur, post capta Ierolyma, ante mensem septimum proximè sequentem acciderunt, tum mense septimo gesta sunt, quæ ca. 41. continentur. A templo exiit, vsque ad eadem Godoliz. Hebræi in Seder, dies penumerant, & anniuersarium ieiunium die tertia Tisri designant, quod tunc Godoliam & socios eius in Masphe cæsos credant. Sequenti die occisos ab impio Imaèle 70. viros, & hanc lanienam septimo mense patratam constat ex 4. Reg. 25. v. 25. Ieremiæ 41. v. 1.

QVÆSTIO IX.

Quorsum referatur versiculus 1. cap. 40.

Sermo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est, à Nabuzardan, magistro militia, de Rama. Sunt qui hæc verba referant ad ea quæ proximè sequuntur, prophetias

Num Sed
ctent ad e
uentum